# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Solitudo et tumultus d
### cum uariis

Solitariam uitam nunquid reprehendimus? Minime, quippe quam sepe laudauimus, sed de monasteriis huius uolumus egredi milites quos heremi dura rudimenta non terreant, qui speciem conuersationis multo tempore dederunt, qui omnium fuerunt minimi ut primi omnium fierent, quos nec esuries, nec sacietas aliquando superauit, qui paupertate letantur, quorum habitus, sermo, uultus, incessus doctrina uirtutum est.

Ieronymus in epistola ad Rusticum monachum.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

huius uolumus] his nolumus P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; quos] quoque P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; uultus] uirtus (*cor. intra*) M; uultus incessus] incessus vultus P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; doctrina] nostri *add.* (*del. sub lin.*) C; uirtutum] uirtutis B; monachum *om.* C M P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$